

Johannis nec non plebani predicti sigillis presentibus duximus appendendum.

Et nos Symon prepositus, Lodowicus decanus totumque capitulum ecclesie Mindensis predictae in signum et evidenciam nostri pleni consensus ad premissa sigillum ecclesie nostre majus post sigillum memorati domini Ottonis, electi confirmati, ad supplicationem sepedictorum fundatoris et armigerorum presentibus est appensum.

Nos etiam Johannes de Holtorpe<sup>1)</sup> prepositus et Johannes de Alten plebanus in Mandeslo predicti, quia premissa omnia et singula de nostro et cujuslibet nostrum pleno et libero consensu sic laudabiliter, ut premittitur, facta, statuta et ordinata existunt, ex certa scientia sigilla nostra post supranominatorum reverendi patris domini Ottonis, electi confirmati, ac venerabilium dominorum nostrorum prepositi, decani et capituli sepedicte Mindensis ecclesie sigilla hic appensa etiam presentibus duximus et decrevimus appendenda.

Datum et actum Miende in loco capitulari ejusdem ecclesie nostre anno a nativitate Domini nostri Jesu Christi millesimo tricentesimo nonagesimo tertio, feria sexta ante festum penthecosten, que fuit vicesima tertia dies Maji.

## 10.

Hermann Asselmann, Gohgräfe zu Mandelsloh, bezeugt, daß Henneke Luderling und Henneke Meyer zu Wulfelade dem Kloster Mariensee die s. g. Beckerhufe zu Wulfelade verkauft haben.

1410, Mai 6.

Ik Hermen Asselman, nu to tyden ghogreve to Mandeslo, bekenne und betughe in dessem breve, dat ik umme bede willen des provestes to suncte Mariensee hebbe heghet en rychte in dem dorpe to Wulvelaghe myd vulbort der erven, de dar mede to horen. Vor demsulven

<sup>1)</sup> Ein Johann v. Holtorpe war 1394 Guardian der Minoriten zu Hannover. Vergl. Grupen, Disc. for. S. 1098.